

Quando Faventini ^civerunt in servitium
Bononiensium super Mutinenses [a].

CAP. XXXVIII.

Sub anno Domini^d incarnationis MCXL, Faventini miserunt in servitium [b] Bononiensium super Mutinenses omnes equites et electos pedites, cum fore totis militibus [c]; qui maximam partem comitatus Mutinæ igni combusserunt, et maxime in partibus Nonantulæ. Servierunt autem tunc nostri [d] Bononiensibus amicis charissimis fidelissime et devote.

ferentis multis

Quando Faventini succurrerunt Nobilibus
Cæsenæ obseſſis a populo.

CAP. XXXIX.

Sub anno nativitatⁿis Domini MCXLII, cum diabolico instinctu inter populum Cæsenat^dem et eorum nobiles discordia longo fuerit tempore, accidit quod populares omnes, Ravennatum freti auxilio, cunctos nobiles in castello Cæsenæ [A] obsederunt. Quo quidem audito, Faventini, omnibus aliis curis postpositis, nobilibus citissime succurrentes, cunctos effugarunt [e] populares. Tres vero turres et alia aedificia [f] quæ erant in Burgo, omnia destruxerunt. Populus in montem Sanctæ Mariæ [B] se contulit. Dum Faventini domum reverterentur, super aquam quæ dicitur Taverna, [g]

[h] invenerunt Ravennates venerunt, Ariminenses [i] et Forolivienses [j], eos aggredi cupientes [k]. Faventinis autem subito armatis [l], quoniam iter erat aperiendum [h] ferro, occasione [m] maximæ pluvie, quia omnipotens [n] Deus sua benignitate noluit permittere tantam ruinam [m], omnes illico evanuerunt hostes, et sic cives cum magna reversi sunt gloria.

signatus est mittere

— [a] super Mutinenses, Codd. M. et V. In C. A., contra Mutinenses. — [b] miserunt in servitium, C. V. In C. A., iverunt in servitium. — [c] fere totis militibus. Sic cl. Mitt.; sed locus in C. M. vix legi potest. In C. V., Ferrariensibus militibus; nec ab hac lectione valde abludere videtur scriptura C. M. — [d] tunc nostri, C. A. et cl. Mitt. In C. V., pro nostri, est tantum. — [e] effugarunt populares. Sic Codd. — [f] alia aedificia. In C. M., difficia, pro aedificia. — [g] Ravennates venerunt, Ariminenses. Lacuna est in C. M., quam suppleo verbo venerunt; nam aliquid simile ibidem fuisse credo ad sensum complendum. — [h] et Forolivienses; conjunctio et per nos addita. — [i] aggredi cupientes. In Codd. verbum principale deest. — [j] subito armatis. Cl. Mitt. legit oppugnatis. — [k] quoniam iter sibi esset aperiendum. Lacuna hic quoque est in C. M., quæ legi non potest. Eam supplevi partim ex C. A., in quo legitur sic: quoniam iter aperiendum; partim ex C. M., quem si attente consideres, fortasse sic legere poteris, nempe, ante iter esset aperiendum. — [l] quia omnipotens Deus. Sic Codd. — [m] sua benignitate noluit permittere tantam ruinam. Magnam hic quoque lacunam habet C. M., quam legere arduum admodum est. Eam supplevi ex C. A. In C. V. omittitur tota hæc linea sine lacuna. Cl. Mitt. sic legit: suam benignitatem in praesidium mittere. Sed totum hoc caput mendis maculisque scatet adeo, ut vix corrigi ac suppleri queat.

[A] Castello Caesenæ, idest, arce Caesenæ.

[B] Vulgo, La Madonna del Monte.